



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

IV. Vera est historia Jobi, sed poëtice digesta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

*Probatur ar-
gumentis.*

*Polycht. in
Proem. Ca-
ten, in Job.*

*Hier. Prae, in
Job.*

*Vera est hi-
storia Jobi,
sed poetice di-
gusta.*

*Maim, in Mo-
re nevoch.
Part. i. cap. 22.
R. Schem. tob.
in Job.*

*Hier. Epist. ad
Paulin.*

III. Præter hæc doctorum hominum suffragia, rationes quibus ea nititur opinio afferuntur complures. Mihi ea valde efficax videtur ad persuadendum, quæ ex manifesta characteris ac stylī similitudine petitur. Ea est autem hujusmodi, ut si profan orationem cum profa, vorsam cum vorsa contuleris, maxima statim appareat consensio: simplex illic & nativa utrobius oratio, omni ornatu detracto; florida hic & ἀγνοεπονηθεῖ. Agnoscit id Polychronius, & uno hoc argumento Libri confectionem in Mosem transcribit. Sin strictam orationem cum soluta contenderis, quod non factis caute fecerunt viri docti, magna enimvero, ut par est, apparebit stylī dissensio, sed non inde efficies diversis ea Auctoribus deberi. Quod si grandius aliquid & ἀδρό-
τερον sonare videtur liber Jobi, crebrioribusque distinctus esse luminibus ac sententiis, memineris hunc scriptum fuisse à Mose, cum florentibus annis vigeret felix pia mensis calor, illum vero, cum per senectam etatem ignea vis animi deferuerisset. Et si in Hymnis quoque suis, pro rei gravitate, ad sublimē & magnificum dicendi genus splendunt affligit. Occurrunt quidem in Jobi libro Arabismi & Syriasmi, ut notatum est ab Hieronymo; nonnumquam etiam Chaldaismi. Verum poëtam agenti afines usurpare dialectos licuit, & speciosa vocabula rerum proferre in lucem, & obscurata populo verba eruire. Id sibi juris arrogant Poëta, id ab Homero summa licentia facultatum est. Præterea scito scriptum hunc librum à Mose, cum apud forenum suum Jethro ad populares suos, aut solatio, aut consilio, aut re juvandos studia sua & curas omnes conferret. Ad tolerandas igitur diuturnæ servitutis miseras, & meliora à Deo petenda & speranda, proposito Jobi exemplo instituere ipsos voluit. Sane Israëlitica gentis casus in Jobi historia perpicue agnoscas. Fortunati fuerunt Abram, Isaac, Jacobus, & Josephus, & magnas opes, pietatis fructum, à Deo retulerunt. Ab Ægyptis deinde male habiti sunt Ebrei; bonis, libertate, ac liberis etiam multati à Pharaone; quemadmodum & Jobus à Satana. Qui cum restitutus demum in integrum, amplissimis & uberrimis latifundis Dei nutu ac duelu ditatus esset, Mozes proposito hoc divinæ bonitatis exemplo, populares suos in pars beneficii spem erigere voluit. Longe porro verisimilis est Mosem, in suo illo Madianitico secessu, ad solamen genti sue parandum mentem adjecisse, tum videlicet cum huic maxime hujusmodi allevamento opus esset, animum ipse gereret negotis vacuum, quam cum Ægypti vinculis soluti Israëlite per Arabicas solitudines Terram promisam peterent; Mosem vero inexplicabiles curæ distrahentes: quod aliquibus placuisse video. Curarum autem necessaria pars fuit, descriptio Legis: in cuius obsequium populares suos facilius ut fleteret, Dei beneficiorum commemorationem ab ipsis mundi initio repetit. Atque hinc prodit Pentateuchus. Madianitæ porro, Arabica gens est, Syrorum & Idumæorum vicina; quos inter per quadraginta annorum moram veritus Mozes, ex peregrino commercio patriam loquela, quod nulli non usuvenire solet, facile inquinavit. Quum autem ad suos reversus intermissum purioris Ebraïsmi usum repeperit, allitas sermoni suo ex congressu extraneorum fordes ita abstergit, ut quum ad scribendum Pentateuchum animum deinde appelleret, major existeret sermonis castitas ac munditas.

IV. Porro Jobi, hominis Arabis, & inter suos valde nobilis, casus in Arabia toleratos, Mozes inter Arabes degens, vel ex vulgi sermone discere potuit. Quamvis autem longissime absim à Thalmudistarum insâna, qui commentitum & confitum esse docent operis hujus argumentum, meramque parabolam, Israëlitæ ad constantiam & virtutem informandis excogitatam: (cui eorum delirio cum favere subinde Maimonides, vir alioqui solers & sagax, & R. Schem tob; palam vero id asseclati sint postremis hisce temporibus Anabaptistæ, aliique Christiani; à viris suis juxta & eruditis solidissimis rationibus confutati sunt:) ego tamen rem poëticæ digestam existimo, allocutionibus & responsionibus instruam, eorumque delectu verborum, non quæ proferri pro tempore potuerunt. Ratio est in promtu: cum enim numeris illigatum esse id opus, ac scriptum confitet, Hieronymi, aliorumque Patrum testimonio, quis putet Jobum in summis corporis & animi doloribus carmina ad uxorem & amicos fudisse? aut ipsis vicissim virum tot malis oppressum versibus esse allocutus? Jobum ergo revera extitisse reor, in acerbissimas calamitates incidisse, & certo Dei consilio bonis & liberis Dæmonis opera fuisse orbatum, diro etiam ac tetro ulcere ero sum, adiisse ad ipsum uxorem & amicos, verbaque simul ipsis conseruisse in eam sententiam quam retulit Mozes, controversiam Jobi diremissæ Deum oraculo suo, ac querimonias composuisse, Jobum ipsum denique ingens pietatis ac patientiae primum, restitutam sanitatem, auctas opes, numerosa prole fundatam domum à Deo esse consecutum: verba vero, verborumque collocationem, dialogi compositionem, interlocutionem dispositionem & di-

unctionem, figuram, & reliquum sermonis ornatum esse Mosis.

V. Probatur præterea ejus *γνωστη* & antiquitas vel ex hoc Tobiæ loco: *Hanc probatur* autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ Jobi, & antiquitas ejus, sicut & sancti Job. Nam sicut beato Job insultabant Reges, ita isti parentes & cognati ejus irridebant viam ejus dicentes: *Ubi est spes tua, pro qua elemosinas & sepulturas faciebas?* quæ è libro Jobi deponunt esse certa est fides. Non id quidem affirmare, suspicari certe licet de istis Ezechielis: *Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Ezech. 14. 14.* Noë, Daniel, & Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. Plurima quoque indidem delibata passim per totum Voluminum sacrorum corpus Interpretes deprehenderunt. Nos decerpemus paucula quædam, ut Libri antiquitas elucescat. Scriptum est in libro Jobi: *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum Job. 5. 2.* est, *Conceptus est homo: scriptus Jeremias: Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater, non sit benedicta.* Scriptum est in libro Jobi: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uetus ejus preparat dolos: scriptus Psaltes: Eccce parturit iniquitatem, Psalm. 7. 14.* concepit dolorem, & peperit iniquitatem: & Isaia: *Conceperunt laborem, & pepererunt ini- Ia. 59. 4.* quitatem. Scriptum est in libro Jobi: *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vocifer- Job. 19. 7. 8.* rabor, & non est qui judicet. Semitam nostram circumfessi, & transire non possum, & in calle meo tenebras posui: scriptus Jeremias in Threnis: *Sed & cum clamavero & rugavero, Thren. 3. 8. 9.* exclusit orationem meam: conclusit vias meas lapidis quadris, semitas meas subvertit. In libri Job vicefimo primo capite cum Deo Job de impiorum felicitate expoſtulat: to- Job. 21. 7. & tum id οὐρανὸς in capite Jeremiæ undecimo repositum invenies. De Sapientia sic dis- Ico. ferit Job: *Non dabitus aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutationem Job. 11. 1. & ejus: non conferetur tintæ Indiæ coloribus, nec lapidi sardonicho pretiosissimo, vel sapphirono: Job. 18. 15. & non adequabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro eo vasa auri, non adequa- Ico.* bitur ei topazius de Æthiopia, nec tintæ mundissima componetur: sic de eadem Salomon in libro Sapientia: *Preposui illam regnis & sedibus, & dixi: nihil esse duxi in compa- Sap. 7. 9. &c. ratione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius feq.* arena est exigua, & tanquam lutum estimabitur argentum in confectu illius. Effatum hoc Jobi: *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, non in Psalmos solum, & Proverbi, ac Si- Job. 18. 18. rachide Ecclesiasticum, sed & in Deuteronomio quoque defluit. Nec mirandum Probl. 11. 10. profecto eodem parente ortos factus, non forma solum & loquela, sed sensibus etiam Prov. 1. 7. & 9. inter se convenire. Legitur in libro Jobi: *Qui non accipit personas principum, nec cognovit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum ejus sunt universi: le- 10. Eccl. 1. 16. & 19. 18. & 21. 13.* legitur in libro Sapientia: *Non enim subrabit personam cuiusquam Deus, nec verebitur magistritudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit. De mari sic Deus in libro Jobi: Circumdedi illud terminis meis, & posui vellum & offia, & dixi: Usque huc venies, Job. 38. 10. 11. & non procedes amplius, & hic confringens tumentes fluctus tuos: de eodem sic Salomon in Proverbiis: Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne trans- Prov. 8. 19. firent fines suos. Scriptum est in libro Jobi: *Quis preparat corvo escam suam, quando pululi ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos? scriptus Psaltes: Qui dat jumentum escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Testimonium libri Jobi, sic 1. Cor. 3. 19. tanquam sacri & canonici libri, ambi Paulus in priore Epistola ad Corinthios: Sapientia, inquit, hujus mundi stultitia est apud Deum: scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Ubi scriptum? nempe in libro Jobi, qui de Deo haec fatur: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. Similiter Jacobus in Epistola Catholica exemplum indidem petit: Sufficiant Iob auditis, & scimus Domini vidisis, quoniam misericors Dominus & miserator. Quid quod nulla prorsus in libro Jobi Mosaica Legis, aut rerum ab Israëlitis gestarum mentio occurrit: unde Libri veteris certo argumento colliguntur. Verum, inquit, Lege antiquior fuit Jobus, cuius congressus cum amicis hoc Libro referuntur; ac proinde nulla his affungi debuit mentio Legis, qui Legem ætate præcesserunt. At neque priora duo capita, neque postremi pars, Jobi, amicorum sermonibus, sed Scriptoris ipsius narrationi tribuuntur, in qua Legis aliquod utique extaret vestigium, aut portentorum à Deo in Israëlitica gentis gratiam editorum significatio, nisi confessio Libri his omnibus ætate prior fuisset. His subiungam Aristæ testimonium, qui in suo De Judæis Commentario, legisse se Jobi librum multis de Job memoratis testatus est. Fuit autem id Aristæ opus Alexandro Polyhistore vetutius, qui insignem ex eo deponitam pericopen lucubrationibus suis intexuerat, ut est apud Eusebium. Denique è tertia è Jobi filiabus, cui רִנָּה nomen fuit, hoc Euseb. Præp. libr. 9. cap. 15. est iuxta Septuaginta Interpretes נֵצֶר אַגְּדָתָא, natam esse fabulam Cornu Amaltheæ, & ex historia Jobi in Herculis fabulam multa Græcos translatisse acute Span. Hist. hemius conjectat.***

VI. Nunc vero minime id quæro, utrum ex celebri illa & controversa clausula, *Disputatur*